Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1192
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rius plene discuciat quos in quibus locis ratas
hic conueniat aut quos magis expediat re
uocari. Et hec maxime in personis questuario
rum volumus obseruari. qui per huiusmodi indul
gencias indiscretas ad contemptum clauium
et errorem longe plures precipitat quam erigat
ad salutem. hos enim nullatenus recipi uolumus
uel admitti nisi cum dyocesani episcopi nuncio lit
tatorie destinato. *De pluralitate beneficiorum.*

Cvm in provincia Salzburgensi diuisi cle
rici seculares non ponentes terminum auari
cie nec salutem propriam attendentes oneraire se
pluribus beneficiis ecclesiasticis non formident. nos qui
aliorum indigenciis et eorum saluti succurrere cu
pimus et ecclesiarum necessitatibus prouidere. Auctoritate
presentis concilii firmiter et districte precipimus
ut singuli plura beneficia possidentes aut ul
timo sint contenti aut in proximo provinciali
alio seu episcopali synodo quem terminum ipsis perem
torium assignamus. legitimis documentis edoceant
aut sedem esse per eum qui iure hoc facere potuit
dispensatum. Alioquin nos tamen formam cano
num circa hoc traditam quam statutum bone
memorie domini Gwidonis Cardinalis quondam
in provincia nostra a. s. l. prouidere curabimus
beneficiis et personis. *De Clericis residentibus in ecclesiis*

Cetera cum per mercenarios temporales quos
ecclesiarum rectores et plebani in ecclesiis
parrochialibus instituunt et destituunt non
numquam interposito turpi pacto animarum salus et
ecclesiarum utilitas dampnabiliter negligantur.
nos omnes et singulos clericos in Salzburgensi
provincia curam animarum habentes huius auctoritate con
cilii ad personalem in beneficiis residenciam
reuocamus. terminum eis peremptorium festum
purificacionis beate virginis venturum proximo
ximo assignantes. Omnibus et singulis
licenciis pro dissimulanda eorum absencia
ipsis datis penitus reuocatis salua nobis
auctoritate dandi licenciam hiis quibus visum
fuerit expedire. Quod si premissa contempse
rint aut neglexerint adimplere extunc
ipsos a percepcione fructuum et administra
cione temporalium suspendimus et volumus

remanere suspensos. Quod si tenere se ingesse
rint priuati sint beneficiis ipso iure. Fruc
tus autem per nos uel locorum archydiaconos in utili
tatem illius ecclesie conuertantur salua vicarii suf
ficienti et debita porcione. Eisdem insuper
ecclesiarum rectoribus precipimus. ut ad ordinem
quem beneficii sui cura requirit se faciant
ordinari infra tempus a canone constitu
tum. Alioquin quod de non residentibus est preditum
circa fructus non percipiendos et priuacionem
beneficii intelligi volumus in eisdem. *De*
vicarijs in ecclesijs locandis.

In beneficiis in quibus
licet per vicarios deseruire volumus sic ser
uari ut viri ydonei loci episcopo presententur.
qui ipsos per se uel per alios in huiusmodi vica
rios preficiet et sufficientem suis neces
sitatibus de ecclesiarum redditibus eis constituat
porcionem. Alioquin singuli episcopi per suas dyoceses
elapso trimestri tempore prouidere curabunt.

Edicto perpetuo *De clerici comam nutrant.*
prohibemus ne clerici comam nutriant.
maxime sacerdotes qui taliter tondeantur
ut pateant eis aures. Ceteri inferioris or
dinis clerici in tonsura non multum discrepent
ab eisdem. Coronam etiam desuper habeant con
gruentem. Vestes non deferant nisi clausas
quas omnino prohibemus a latere aperiri. Argen
tatis aut quocumque metallo ornatis
cingulis fibulis nodulis in manicis uel
capuciis non utantur. Sed nec procedant in publi
cum excincti veste superiori. Et in pille
is suffurraturas non habeant nisi forte de
nigro cendato uel panno aut nigra
pelle agnina. Caudata pullea distric
tissime prohibemus. *Ut clerici Tabernas non frequen
tent.*

Clericus non viator in sacris ordinibus
constitutus aut monachus aut Cano
nicus regularis si tabernam intrauerit si
ne causa euidenti racionabili et honesta ibique
bibit aut comedit. aut in vicino loco se
uienti taberne uel alias publico aliquantu
lam moram contrahat ab officio sit suspensus
donec unum diem in aqua et pane ieiunet.
Si ibidem lusit ad aleas uel taxillos